

Dixerunt ergo ad invicem : non scindamus eam , sed for-  
tiamur de illa , cuius sit .

Quando de hac vestium divisione Scriptores lo-  
quuntur , nec verbum de lictoribus faciunt , solummo-  
do milites enunciant . Unde S.Athanasius fer. de cruce  
scribebat : *Suspensus enim ut homo , principatus perse-  
quebatur , ipsum diabolum comprehendit , ac milites ter-  
ruit , ne scinderent tunicam , ut hac manente maneret ,*  
*& quæ paulo post facta est adversus Iudæos redargutio ;*  
*quoniam velum quidem scissum est ; tunica vero Servato-  
ris ne a militibus quidem scissa est , sed manst̄ integra .*  
Et inter pauca idem S. Doctor subnequit : *Milites ve-  
stes Christi dividunt in quatuor partes , eo quod pro pec-  
catis mundi quadrifariam divisi , ad exortum , occasum ,*  
*septentrionem , ac meridiem , gestabat illa . Hoc autem*  
*fecisse milites ad ignominiam Christo augendam , &*  
*afflictionem , docet Cornelius a Lapide in cap.27.Mat-  
th. vers.35. Fuit hæc insignis Christo ignominia & affli-  
ctio , quod coram se videret insolenter vestes suas a mili-  
tibus lacerari , & alea jacta sorte dividi . Hinc Chry-  
softomus ex hac vestium divisione , non dividentium  
vilitatem , sed in Christum vilitatis ignominiam obje-  
ctam , colligit : *Vestes inter se partiuntur , quod in con-  
demnatis vilibus , & abjectis fieri solet , ac omnino desti-  
tutis .**

Ex aliis verbis , quæ Euangelium subdit , colligi-  
tur quoque , milites hosce non fuisse lictores . Si enim  
lictores fuissent , post expletum munus , post divisas  
vestes , abiissent , nec in Calvario ulterius morati es-  
sent , vel ad Christum observandum , vel etiam ad cu-  
stodiendum . Hoc nanque munus erat militum , non  
lictorum ; quorum tantum erat officium cruci reum  
affigere , & vestimenta reportare . At in Euangelio  
legimu